

MISSÆ PROPRIÆ DICECESIS HERBIPOLENSIS

Die 23 ianuarii
S. MACARII
ABBATIS
Commemoratio

Oratio

INTERCESSIO nos, quæsumus,
Dómine, beáti Macárii Abbátis com-
mendet: ut, quod nostris méritis non va-
lémus, eius patrocínio assequámur. Per
Dóminum.

Deinde Commemoratio S. Emeren-
tianæ Virginis et Martyris;

Oratio

Indulgentiam nobis, quæsumus,
Dómine, beáta Emerentiána Virgo et
Martyr implóret: quæ tibi grata semper
éxstitit, et mérito castitatis, et tuæ pro-
fessióne virtutis. Per Dóminum.

Secreta

S acris altáribus, Dómine, hóstias su-
perpósitas sanctus Macárius Ab-
bas, quæsumus, in salútem nobis
proveníre depóscat. Per Dóminum.

Pro S. Emerentiána

Secreta

Hóstias tibi, Dómine, beátæ
Emerentiánæ Vírginis et Mártyris
tuæ dicátas méritis, benígnus assúme:
et ad perpétuum nobis tríbue proveníre
subsídium. Per Dóminum.

Postcommunio

Prótegat nos, Dómine, cum tui per-
ceptiōne sacraménti beátus Macá-
rius Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et
conversatiōnis eius experiámur
insígnia, et intercessiōnis percipiámus
suffrágia. Per Dóminum.

Pro S. Emerentiana

Postcommunio

D ivíni múnneris largítate satiáti,
quæsumus, Dómine, Deus noster:
ut, intercedénte beáta Emerentiána Vír-
gine et Mártyre tua, in eius semper par-
ticipatióne vivámus. Per Dóminum.

Die 29 ianuarii

S. AQUILINI
MARTYRIS
III classis

Antiphona ad Introitum
Ps. 20, 2-8

In virtute tua, Dómine, lætabitur
iustus: et super salutare tuum
exultabit vehemente: desiderium
ánimæ eius tribuísti ei. Ps. ibid., 4
Quóniam prævenísti eum in benedi-
ctionibus dulcédinis: posuísti in cápite
eius corónam de lápide pretioso.
¶ Gloria Patri.

Oratio

Deus, pro cuius fide gloriósus Martyr Aquilínus gládiis impiórum occúbuit: præsta, quásumus; ut omnes, qui eius implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur effectum. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Eccl. Doct.:

Oratio

Deus, qui ad animárum salútem beátum Franciscum Confessórem tuum atque Pontíficem ómnibus ómnia factum esse voluísti: concéde propítius; ut, caritátis tuæ dulcédine perfúsi, eius dirigéntibus mónitis ac suffragántibus méritis, ætéerna gáudia consequámur. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ
Sap. 10, 10-14

Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum: honéstavit illum in labóribus, et complévit labóres illíus. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc vénditum iustum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum: descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi sceptrum regni, et poténtiam advérsus eos, qui eum deprímébant: et mendáces ostendit, qui maculavérunt illum, et dedit illi claritátem æternam, Dóminus, Deus noster.

Graduale

Ps. 111, 1 – 2

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen eius: generátió rectórum benedicétur.

Allelúa, allelúa. **V.** Ps. 20, 4 Posuísti, Dómine, super caput eius corónam de lápide pretióso. Allelúa.

Post Septuagesimam, omissis Allelúa et Versu sequenti, dicitur

Tractus

Ps. 20, 3-4

Desidérium ánimæ eius tribuísti ei: et voluntáte labiórum eius non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis. **V.** Posuísti in cápite eíus corónam de lápide pretióso.

Sequentia sancti Evangélii
secúndum Lucam



Luc. 14, 26-33

In illo témpore: Dixit Iesus turbis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et filios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam, non potest meus esse discípulus. Et qui non báiulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discípulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificáre, non prius sedens cóputat sumptus, qui necessárii sunt, si hábeat ad perficiéndum; ne, posteáquam posúerit fundaméntum, et non potúerit perfícere, omnes, qui vi- dent, incípiant illúdere ei, dicéntes: Quia hic homo cœpit ædificáre, et non pótuit consummáre? Aut quis rex itúrus committere bellum advérsus álium re-gem, non sedens prius cójitat, si possit cum decem míllibus occúrrere ei, qui cum vigínti míllibus venit ad se?

Alióquin, adhuc illo longe agénte, legatióne mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renúntiat ómnibus, quæ pôssidet, non potest meus esse discípulus.

Credo, ratione sancti Doctoris.

Antiphona ad Offertorium

Ps. 8, 6-7

Gloria et honóre coronásti eum: et constituisti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine.

Secreta

Munéribus nostris, quásumus, Dómine, precibúsque susceptis: et cælestibus nos munda mystériis, et clementer exaudi. Per Dóminum.

Pro S. Francisco

Secreta

Sancti Francíisci Pontíficis tui atque Doctoris nobis, Dómine, pia non desit oratio: quæ et múnera nostra concíliet; et tuam nobis indulgentiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem

Matth. 16, 24

Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

Postcommunio

Da, quásumus, Dómine, Deus noster: ut, sicut tuórum commemo- ratíone Sanctórum temporáli gratulámur officio; ita perpétuo lœtémur aspéctu. Per Dóminum.

Pro S. Francisco Postcommunio

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus Francíscus Póntifex tuus et Doctor egrégius, quásumus, precátor accédat. Per Dóminum.

Missæ privatæ dici possunt, iuxta Rubricas, etiam de S. Francisco Salesio, ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Aquilini; et dicitur Credo.

Die 25 februarii
S. WALBURGAS
VIRGINIS
Commemoratio

Antiphona ad Introitum

Ier. 11, 16

Olivam úberem, pulchram, fructíferam, speciósam vocávit Dóminus nomen tuum: ad vocem loquélae, grandis exársit ignis in ea.

(T. P. Alleluia, alleluia.) **Ps. 44, 2**

Eruktávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

¶ Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui inter innúmera grátiæ tuæ dona étiam in sexu femíneo tua operáris magnália: concéde propítius; ut beatæ Walbúrgæ Vírginis tuæ apud misericórdiam tuam patrocínia sentiámus, cuius non solum castitatis illustrámur exémplis, verum etiam miraculórum glória iucundámur. Per Dóminum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ in Missis non conventionalibus.

Lectio libri Sapiéntiæ

Cant. 2, 1-8

Ego flos campi et lílum convállum. Sicut lílum inter spinas, sic amíca mea inter fílias. Sicut malus inter ligna silvárūm, sic diléctus meus inter fílios. Sub umbra illíus quem desideráveram sedi, et fructus eius dulcis gútturi meo. Introdúxit me in cellam vináriam, ordinávit in me caritátem. Fulcít me flóribus, stipáte me malis, quia amóre lángueo. Læva eius sub cápite meo, et déxtera illíus amplexábitur me. Adiúro vos, fíliæ Ierúsalem, per cápreas cervósque campórum, ne suscitétis, neque evigiláre faciátis diléctam, quoadúsque ipsa velit.

Graduale

Ps. 111, 2-4

Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicétur, **¶** Gloria et divítiae in domo eius: et iustitia eius manet in sǽculum sǽculi.

Alleluia, alleluia. **¶** Ezech. 47, 12

Aquæ eius de sanctuário egredientur; et erunt fructus eius ad medicínam. Alleluia.

Post Septuagesimam, omissis Alleluia et Versu sequenti, dicitur

Tractus

Ps. 44,11, 13 et 15-16

Audi, filia, et vide et inclina aurem tuam: quia concupivit Rex speciem tuam. **¶** Vultum tuum deprecabúntur omnes divites plebis: fíliæ regum in honore tuo. **¶** Adducentur Regi Virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. **¶** Afferentur in lætitia et exsultatione: adducentur in templum Regis.

In Missis votivis Tempore Paschali dicitur:

Alleluia, alleluia. **¶** Ps. 44,15 -16 et 5
Adducentur Regi Vírgenes post eam: proximæ eius afferéntur tibi inlætitia. Alleluia. **¶** Specie tua, et pulchritúdine tua intende, prospere procéde et regna. Alleluia.



Sequéntia sancti Evangélii secúndum Mattháeum

Matth. 25, 1-13

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: «Simile erit regnum cælórum decem virgínibus: quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso et sponsæ. Quinquæ autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes, et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: “Ecce sponsus vénit, exite óbviam ei.” Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: “Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ exstinguúntur.” Respondérunt prudéntes, dicéntes: “Ne forte, non suffícat nobis, et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis.” Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ paratæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est iánua. Novíssime vero véniant et réliquæ vírgines, dicéntes: “Dómine, Dómine, áperi nobis.” At ille respóndens, ait: “Amen dico vobis, néscio vos.”

Vigiláte ítaquæ, quia nescítis diem,
neque horam.

Antiphona ad Offertorium

Ps. 44,11

Audi, fília, et vide et inclína aurem
tuam: et oblíviscere populum, tuum et
domum patris tui. (**T. P.** Allelúia.)

Secreta

Has hóstias, Dómine, supérna
benedictióne sanctífica: et,
intercedénte sancta Walburga Vírgine
tua, eodem nos igne succénde; qui
ipsíus cor ad te diligéndum iugiter
inflammávit. Per Dóminum.

Et, in Quadragesima, fit Commemora-
tio Feriæ in Missis non conventionalibus.

Antiphona ad Communionem

Iob 28,10 et 29,6

In petris rivos excídit et omne
pretiósū vidi oculus eius. Et petra
fundebat mihi rivos olei. (**T. P.**
Allelúia.)

Postcommunio

Benedictiónis tuæ, Dómine,
gratiam, intercedénte beátæ
Walburga Virgine, consequi mereámur:
ut, cuius venerándam celebrámus
festivitátem; eius in cunctis
necessitatibus nostris auxília
sentiámus. Per Dóminum.

Et, in Quadragesima, fit Commemora-
tio Feriæ in Missis non conventionalibus,
ac legitur eius Evangelium in fine.

Die 3 martii
S. CUNEGUNDIS
VIRGINIS
Commemoratio

Antiphona ad Introitum

Ps. 44, 13, 15 et 16

VULTUM tuum deprecabúntur om-
nes dívites plebis: adducéntur
Regi Vírgines post eam: próximæ eius
adducéntur tibi in lætitia et exsul-
tatióne.

Ps. ibid., 2 Eructávit cor meum verbum
bonum: dico ego ópera mea Regi. **¶**
Gloria Patri.

Oratio

Omnipotens sempitérne Deus, qui a
glória tua nullum éxipis sexum,
nullámque condiciónem exclúdis: te
supplíciter exorámus; ut, sicut beátæ
Cunegúndi Vírgini tuæ post terréni cul-
men impérii cælestis regni sólium
contulísti, ita, méritis eius et prémibus,
nobis quoque fámulis tuis ætérnæ
salútis præmia largiáris. Per Dóminum.
Et, in Quadragesima, fit Comme-mora-
tio Feriæ ac legitur eius Evangelium in
fine.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Corínthios

1 Cor. 7, 25-34

Frátres: De virgínibus præcéptum
Dómini non hábeo: consílium
autem do, tamquam misericórdiam con-
secútus a Dómino, ut sim fidélis.
Exístimo ergo hoc bonum esse propter
instántem necessitatem, quóniam bonum
est hómini sic esse. Alligátus es
uxóri? noli quærere solutióнем. Solu-
tus es ab uxóre? noli quærere

uxórem. Si autem æccéperis uxórem, non peccásti. Et si núpserit virgo, non peccávit: tribulatióne tamen carnis habébunt huiúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc ítaque dico, fratres: Tempus breve est: réliquum est, ut, et qui habent uxóres, tamquam non habéntes sint; et qui flent, tamquam non flentes; et qui gaudent, tamquam non gaudéntes; et qui emunt, tamquam non possidéntes; et qui utúntur hoc mundo, tamquam non utántur; práeterit enim figúra huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxóre est, sollícitus est, quæ Dómini sunt, quómodo pláceat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollícitus est, quæ sunt mundi, quómodo pláceat uxóri, et divísus est. Et múlier innúpta et virgo cógitat, quæ Dómini sunt, ut sit sancta córpore et spíritu: in Christo Iesu, Dómino nostro.

Graduale

Ps. 44, 12 et 11

Concupívit Rex decórem tuum,
quóniam ipse est Dóminus, Deus tuus.
V. Audi, fília, et vide, et inclína aurem
tuam.

Tractus

Ps. 44,12,13 et 10

Quia concupívit Rex spéciem tuam.
V. Vultum tuum deprecabúntur omnes
dívites plebis: fíliæ regum in honóre
tuo. **V.** *Ibid., 15-16* Adducéntur Regi
Vírgines post eam: próximæ eius affe-
réntur tibi. **V.** Afferéntur in lætitia et
exsultatióne: adducéntur in templum
Regis.



Sequentia sancti Evangélii
secúndum Matthæum
Matth. 19, 3-12

In illo témpore: Accessérunt ad Iesum Ipharisæi, tentantes eum et dicéntes: Si licet hómini dimíttere uxórem suam quacúmque ex causa? Qui respóndens, ait eis: Non legístis, quia, qui fecit hóminem ab início, másculum et féminam fecit eos? et dixit: Propter hoc dimíttet homo patrem, et matrem, et adhærébit uxóri suæ, et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniúnxit, homo non séparet. Dicunt illi: Quid ergo Móyses mandávit dare libéllum repúdii, et dimíttere? Ait illis: Quóniam Móyses ad durítiam cordis vestri permísit vobis dimíttere uxóres vestras: ab início autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia, quicúmque dimíserit uxórem suam, nisi ob fornicatióne, et áliam dúxerit, mœchátur: et qui dimíssam dúxerit, mœchátur. Dicunt ei discípuli eius: Si ita est causa hóminis cum uxóre, non expedit núbere. Qui dixit illis: Non omnes cápiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunúchi, qui de matris útero sic nati sunt; et sunt eunúchi, qui facti sunt ab homínibus; et sunt eunúchi, qui seípsos castravérunt propter regnum cælórum. Qui potest cápere, cápiat.

Antiphona ad Offertorium

Ps. 44, 15-16

Afferéntur Regi Vírgines post eam:
próximæ eius afferente tibi in lætitia et
exsultatióne: adducéntur in templum
Regi Dómino.

Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacrátæ plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem
Matth. 13, 45-46

Símile est regnum cælórum hómini negotiatóri, quærenti bonas margarítas: inventa autem una pretiosa margarita, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

Postcommunio

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: eius, quæsumus, semper interventiόne nos réfove, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Die 15 martii
S. CLEMENTIS
MARIÆ HOFBAUER
CONFESSORIS
III classis

Missa Iustus ut palma [27], **de Communi Conf. non Pont. 2 loco, præter Orationes sequentes:**

Oratio P
Deus, qui beátum dementem Mariam miro fídei róbore et invícta constántiae virtúte decorásti: eius méritis et exémplis fac nos, quæsumus, ita fortes in fide et caritáte fervéntes; ut præmia consequámur æterna. Per Dóminum. **Et fit Commemoratio Feriæ ac legitur eius Evangelium in fine.**

Secreta

P

Ille nos, quæsumus, Dómine, de votiónis ignis accéndat: quo beátus Clemens Maria, dum salutárem offérrret hóstiam, iúgiter flagrávit. Per Dóminum.

Postcommunio P

Cælesti pane refectis concéde nobis, Omnípotens Deus: ut beáti Cleméntis exémplo in fortitúdine cibi illius usque ad montem, qui Christus est, felíciter perveniámus: Qui tecum vivit.

Die 20 martii
S. GERTRUDIS VIRGINIS
Commemoratio

Missa Dilexísti [36], **de Communi Virginum 3 loco, præter Orationem sequentem:**

Oratio P
Deus, qui cuncta cónspicis, et tuæ poténtia virtútis gubérnas: exáudi preces nostras, quas in sanctæ Vírginis tuæ Gertrúdis solemnitaté deférimus; ut eius précibus páriter et méritis ab ómnibus protegámur adversis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ ac legitur eius Evangelium in fine.

Secreta C
Accépta tibi sit, Dómine, sacrátæ plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum.

Postcommunio

C

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: eius, quæsumus, semper interventióne nos réfove, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Die 7 aprilis

S. HERMANNI IOSEPHI
CONFESSORIS
III classis

Antiphona ad Introitum

Ps. 36, 30-31

Os iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua eius loquéatur iudícium: lex Dei eius in corde ipsíus (T.P. Allelúia, allelúia). [Ps. ibid., 2] Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. ¶ Glória Patri.

Oratio

D eus, qui beatum Hermannum Iosephum Confessorem tuum in benedictiónibus dulcédinis a puerítia prævenísti: præsta, quæsumus; ut innocéntis et sanctæ vitæ eius vestígiiis insisténtes, ad cælestem pátriam, in qua gloriosus exsúltat, securi perveniámus. Per Dóminum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ.

Léctio libri Sapiéntiæ
Eccli. 31, 8-11

B éatus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est,

erit illi glória ætérrna: qui pótuit tránsgredi, et non est transgréssus: fácere mala, et non fecit: ídeo stabilítas sunt bona illíus in Dómino, et eleemósynas illíus enarrábit omnis ecclésia sanctórum.

Graduale

Ps. 91,13 et 14

Iustus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini, ¶ Ibid., 3 Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

Tractus

Ps. 111, 1-3

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. ¶ Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicétur, ¶ Gloria et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

Tempore autem Paschali omittitur graduale, et eius loco dicitur:

Die 21 aprilis
S. CONRADIA PARZHAM
CONFESSORIS
III classis

Missa Os iusti [26], de Communi Confessoris non Pontificis 1 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio

D eus, qui misericórdiæ tuæ iánuam fidélibus patére voluísti: te súpplices exorámus; ut, intercedénte beáto Conrádo Confessóre tuo, temporália subsídia nobis tríbuas et ætérrna. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Anselmi Ep. et
Doct.:

Oratio

Deus, qui pôpulo tuo ætérnæ salútis
beátum Ansélmum minístrum
tribuísti: præsta, quæsumus; ut, quem
Doctórem vitæ habúimus in terris,
intercessórem habére mereámur in
cælis. Per Dóminum.

Credo, **ratione Commemorationis S.
Doctoris.**

Secreta

Oblatiónes nostras tibi, Dómine,
quæsumus, beáti Conrádi
intercéssio veneránda comméndet:
quem coram tuis altáribus precántem
supernórum charísmatum dulcédine
recreásti. Per Dóminum.

Pro S. Anselmo

Secreta

Sancti Ansélmi Pontíficis tui atque
Doctóris nobis, Dómine, pia non
desit oráto: quæ et múnera nostra
concíliet; et tuam nobis indulgéntiam
semper obtíneat. Per Dóminum.

Postcommunio

Súmpsimus, Dómine, tua sancta,
beáti Conrádi mérita recoléntes:
præsta, quæsumus; ut eius semper et
præcláro proficiámus exémplo et fidéli
muniámur auxílio. Per Dóminum.

Pro S. Anselmo

Postcommunio

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia
dent salútem: beátus Ansélmus
Póntifex tuus et Doctor egrégius,
quæsumus, precátor accédat. Per
Dóminum.

Die 27 aprilis
S. PETRI CANISII
CONF. ET ECCL. DOCT.
II classis

Antiphona ad Introitum Eccli. 15, 5

IN médio Ecclésiæ apéruit os eius: et
implévit eum Dóminus spíritu
sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ
índuit eum, allelúia, allelúia. **Ps. 91,2**
Bonum est confitéri Dómino: et
psállere nómini tuo, Altissime. **V** Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui ad tuendam cathólicam
fidem beátum Petrum Confes-
sórem tuum virtúte et doctrína ro-
borásti: concéde propítius; ut eius
exémplis et mónitis errántes ad salútem
resipiscant, et fidéles in veritátis con-
fessióne persevérant. Per Dóminum
nostrum Iesum Christum, Fílium tuum:
Qui tecum vivit et regnat.

Lectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Timótheum
2 Tim. 4, 1-8

Caríssime: Testíficor coram Deo, et
Iesu Christo, qui iudicatúrus est vi-
vos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et
regnum eius: praédica verbum, insta
opportúne, importúne: árgue, óbsecra,
ícrepa in omni patiéntia, et doctrína.
Erit enim tempus, cum sanam doc-
trínam non sustinébunt, sed a sua
desidéria coacervábunt sibi magístros
pruriéntes áuribus: et a veritáte quidem
audítum avértent, ad fábulas autem
converténtur. Tu vero vígila, in ómni-

bus labóra, opus fac Evangelistæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor, et tempus resolutónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna iustítiae, quam reddet mihi Dóminus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum eius.

Allelúia, allelúia. **V. Ps. 118, 46** Loquébar de testimóniis tuis in conspectu regum, et non confundébar. Allelúia. **V. 1 Cor. 9, 22** Omnia ómnibus factus sum, ut omnes fácerem salvos. Allelúia. **In Missis votivis per annum dici- tur**

Graduale **Ps. 118,129-130**

Mirabilia testimónia tua, Dómine, ideo scrutáta est ea ánima mea. **V. □□** Declarácio sermónum tuórum illúminat et intellectum dat párvulis.

Allelúia, allelúia. **V. Ps. 108, 30** Confitébor Dómino nimis in ore meo: et in médio multórum laudábo eum. Allelúia.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia et Versu sequenti, dicitur

Tractus **Ps. 118,104,105 et 158**

A mandátis tuis intellexi, propterea odivi omnem viam iniquitatis. **V.** Lucérna pedibus meis verbum tuum, et lumen sémitis meis. **V.** Vidi prævaricántes et tabescébam, quia elóquia tua non custodiérunt.



Sequéntia sancti Evangélii
secúndum Matthæum
Matth. 5, 13-19

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscóndi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponent eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus ut vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Nolíte putáre, quóniam veni sólvere legem, aut prophétas: non veni sólvere sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat cœlum et terra, ióta unum, aut unus apex non præteríbit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et dócuerit sic hómines mínimus vocábitur in regno cœlórum: qui autem fécerit et docuérit, hic magnus vocábitur in regno cœlórum. Credo.

Antiphona ad Offerforium
Ps. 33, 12

Veínte, fílii, audíte me: timórem Dómini docébo vos, allelúia.

Secreta

Sanctifica, misericors Deus, hæc múnera tibi obláta, et Ecclésiæ tuæ, beáto Petro intercedénte, unitatis et pacis propítius dona concéde. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem

Is. 12, 3

Hauriéatis aquas in gáudio de fóntibus
Salvatóris, allelúia.

Postcommunio

Sacrificium, Dómine, quod in honorem beáti Petri Confessóris tui atque Doctóris obtúlimus: fidem nostram, spem et caritátem áugeat, et Ecclésiam tuam nova Semper prole lætíficit. Per Dóminum.

Sabbato primo mensis Maii
IN SOLEMNITATE
B. M. V. PATRONÆ BAVARIÆ
I classis

Extra Tempus Paschale omit tuntur
Allelúia ad Introitum, Offertorium et
Communionem.

Antiphona ad Introitum

GAUDEAMUS omnes in Dómino,
Patrocinium celebrantes gloriósæ
Vírginis Mariæ, de cuius solemnítate
gaudent Angeli et colláudant Fílium
Dei, allelúia, allelúia. **Ps. 43,2** Deus,
áuribus nostris audivimus: patres nostri
annuntiaverunt nobis. **V. Gloria Patri.**

Oratio

Deus, qui dilecti Filii tui Genitrí-
cem nobis Matrem ac Patrónam
dare dignátus es: concéde propítius; ut
sub huius Matris tutela ab omni hós-
tium defendámur incúrsu, et sine timóre
insanctítate et iustítia tibi serviámus.
Per eúndem Dóminum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis beáti

Ioánnis Apóstoli

12, 1, 5, 10 et 17

Signum magnum appáruit in cælo:
múlier amicta sole et luna sub pédi-
bus eius et in cápite eius coróna stel-
lárum duódecim. Et péperit fílium más-
culum, qui rectúrus erat omnes gentes
in virga ferrea, et raptus est filius eius
ad Deum et ad thronum eius. Et audivi
vocem magnam in cælo dicentem:
Nunc facta est salus et virtus et regnum
Dei nostri et potestas Christi eius, quia
proiectus est accusátor fratrū nos-
trorum, qui accusábat illos ante con-
spectum Dei nostri die ac nocte. Et irá-
tus est draco in muliérem et ábiit fácere
práelium cum reliquis de semine eius,
qui custódiunt mandáta Dei et habent
testimónium Iesu Christi.

Allelúia, allelúia. **V. Num. 17,8** Virga
Iesse flóruit: Virgo Deum et hóminem
genuit: pacem Deus reddidit, in se rec-
oncilians ima summis. Allelúia. **V. Luc.**
1, 28 Ave, Maria, grátia plena; Dómi-
nus tecum: benedícta tu in mulieribus.
Allelúia.

Extra Tempus Paschale

Graduale

Cant. 6, 3 et 9

Tota formósa et suávis es, fília Sion;
pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis
ut castrórum ácies ordináta.

V. Judith 13, 22 Benedíxit te Dóminus
in virtúte sua, quia per te ad níhilum re-
dégít inimícōs nostros.

Allelúia, allelúia. **V. Luc. 1, 28** Ave, Maria, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Allelúia.

In Missis votivis post Septuage- simam, omissis Allelúia et Versu sequenti, dic- itur

Tractus Ps. 44, 11 et 12

Audi, fília, et vide, et inclina aurem tuam: quia concupívit Rex spéciem tuam. **V. Ib., 13 et 10** Vultum tuum deprecabúntur om- nes dívites plebis: fíliae regum in honóre tuo. **V. Ib., 15-16** Adducéntur Regi vírgines post eam: próximæ eius afferéntur tibi. **V.** Afferéntur in lætítia et exsultatióne:



Sequéntia sancti Evangélii
secúndum Ioánnem
Ioann. 2, 1-11

In illo témpore: Núptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: et erat mater Iesu ibi. Vocátus est autem Iesus, et discípuli eius ad núptias. Et deficiénte vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi et tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius minístris: quod- cùmque díixerit vobis, fácite. Erant autem ibi lapídeæ hydriæ sex pósitæ secúndum purificatióne Iudæórum, capiéntes síngulæ metrétas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Impléte hydrias aqua. Et implevérunt eas usque ad summum. Et dicit eis Iesus: Hauríte nunc, et fertе archtriclíno. Et tulérunt. Ut autem gustávit archtriclinus aquam vinum factam, et non sciébat unde esset, minístri autem sciébant, qui háuserunt aquam: vocat sponsum archi-

triclinus, et dicit ei: Omnis homo pri- mum bonum vinum ponit: et cum ine- briáti fúerint, tunc id quod detérius est. Tu autem servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit inítium signórum Iesus in Cana Galilææ: et ma- nifestávit glóriam suam, et credidérunt in eum discípuli eius. Credo.

Antiphona ad Offertorium
Ierem. 18, 20

Recordáre, Virgo Mater, in conspectu Dei, ut loquáris pro nobis bona, et ut avertat indignatióne suam a nobis, al- lelúia.

Secreta

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, precibus beátæ Mariæ Semper Vírginis, cuius Patrocínio glo- riámur, fidéles tui hóstiam salutárem tibi fervéntius ófferant, et consequántur effectum. Per Dóminum.

Præfatio de B. Maria Virg. Et te in Fes- tivitaté.

Antiphona ad Communionem
Cant. 2, 3

Sub umbra illius, quem desideráveram, sedi, et fructus eius dulcis gútturi meo, allelúia.

Postcommunio

Caeléstibus pasti deliciis, te súp- plices deprecámur, Dómine, Deus noster: ut, beáta María Semper Virgine protegente, ab erróribus sæculi car- nisque illecebris serváti, et in fide in- veniámur stabiles et in ópere efficáces. Per Dóminum.

Die 16 maii
S. IOANNIS NEPOMUCENI
MARTYRIS
III classis

Antiphona ad Introitum
Ps. 63, 3

PROTEXISTI me, Deus, a conventu malignántium, allelúia: a multíudine operántium iniquitátem, allelúia, allelúia. **Ps. ibid., 2** Exáudi, Deus, oratióne meam, cum deprecor: a timóre inimíci eripe ániam meam.
V. Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui ob invictum beáti Ioán-nis sacramentále silentium nova Ecclésiam tuam martyrii Coróna decórasti: da nobis, eius intercessióne et exemplo, linguam caute custodíre; ac ómnia pótius mala quam ánime detrimen-tum in hoc sǽculo toleráre. Per Dómi-num.

Et fit Commemoratio S. Ubaldi Episcopi et Confessoris:

Oratio

Auxílium tuum nobis, Dómine, quásumus, placátus impende: et, intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontíficis, contra omnes diáboli nequítias dexteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dómi-num nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Lectio libri Sapiéntiæ
Sap. 5, 1-5

Stabunt iusti in magna constántia advérsus eos, qui se angu-stiavérunt

et qui abstulerunt labóres eórum. Vi-dentes turbabúntur timóre horribili, et mirabúntur in subitatióne insperátæ salútis, dicéntes intra se, pcenitentiam agentes, et præ angústia spíritus ge-mentes: Hi sunt, quos habúimus ali-quando in derisum et in similitúdinem impropérii. Nos insensáti vitam illórum æstimabámus insániam, et fínem il-lórum sine honore: eece, quómodo computáti sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illórum est.

Allelúia, allelúia. **V. Ps. 88, 6** Con-fitebúntur cseli mirabilia tua, Dómine: etenim veritátem tuam in ecclesia sanctórum. Allelúia. **V. Ps. 20, 4** Posuísti, Dómine, super Caput eius corónam de lápide pretioso. Allelúia.



Sequéntia sancti Evangélii
secúndum Matthæum
Ioann. 10, 26-32

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: «Nihil est opértum, quod non revelábitur: et occúltum, quod non sciétur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine: et quod in aure audítis, prædicáte super tecta. Et nolíte timére eos, qui occídunt corpus, ániam autem non póssunt occídere; sed pótius timéte eum, qui potest et ániam et cor-pus pérdere in gehénnam. Nonne duo pásseres asse véneunt: et unus ex illis non cadet super terram sine Patre ves-tro? Vestri autem capílli cápit is omnes numeráti sunt. Nolite ergo timére: mul-tis passéribus meliòres estis vos. Omnis

ergo, qui confitébitur me coram homínibus, confitébor et ego eum coram Pátre meo, qui in cælis est.»

Antiphona ad Offertorium
Ps. 88, 6

Confitebúntur cæli mirabília tua,
Dómine: et veritátem tuam in ecclésia
sanctórum, allelúia, allelúia.

Secreta

Per hæc tua, Dómine, sacra my-
steria, illo nos caritatis igne ac-
cendámur, quo ínclytus Martyr Ioánnes
eadem peragendo flagrábat. Per Dómi-
num.

Pro S. Ubaldo

Secreta

Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos
ubique lætificent: ut, dum eórum
merita recólimus, patrocínia sentiámus.
Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem
Ps. 63, 11

Lætábitur iustus in Dómino, et sperábit
in eo: et laudabúntur omnes recti corde,
allelúia, allelúia.

Postcommunio

Spíritum, Dómine, fortitúdinis hæc
nobis tribuat mensa cælestis: quæ
beáti Mártyris tui Ioánnis pro sacra-
menti honore tentátam constántiam
iúgiter áluit ad vietóriam. Per Dómi-
num.

Pro S. Ubaldo

Postcommunio

Præsta, quæsumus, omnípotens
Deus: ut, de percéptis munéribus
grátias exhibentes, intercedénte beáto
Ubaldo Confessóre tuo atque Pontífice,
benefícia potióra sumámus. Per Dómi-
num.

Missæ privatæ dici possunt, iuxta Rubricas, etiam de S. Ubaldo Ep. et Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Ioannis Nepomuceni Mart.

Pro votiva extra Tempus Paschale dicitur Missa Lætábitur [8], de Communi unius Martyris 4 loco, præter Orationes ut supra.

Die 17 maii
S. BRUNONIS
EP. ET CONF.
III classis

Missa Státuit [20], de Communi Conf.
Pontificis 1 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio **P**
Deus, qui beátum Brunónem Con-
fessórem tuum atque Pon- tíficem,
decorem domus tuæ diligere fecísti:
concéde propítius; ut eius méritis et im-
itatióne ad æternæ glóriæ templum
felíciter perducámur. Per Dóminum.
Et fit Commemoratio S. Paschalis
Baylon Conf.:

Oratio
Deus, qui beátum Paschálem Con-
fessórem tuum mirífica erga Cór-
poris et Sanguinis tui Sacra mystória di-
lectiōne decorásti: concéde propítius;
ut, quam ille ex hoc divíno convívio
spíritus percópit pinguédinem, eándem
et nos percípere mereámur: Qui vivis et
regnas.

Secreta

P

Oblatióinem nostram, quásumus,
Dómine, sancti Brunónis ac-
cedentibus méritis, benignus assúme:
quam ille sacerdótio fungens, admirá-
bili caritátis fervóre pro commíssso sibi
grege tuæ óbtulit maiestáti. Per Dómi-
num.

Pro S. Paschale**Secreta**

Láudis tibi, Dómine, hóstias im-
molámus in tuórum commemo-
ratíone Sanctórum: quibus nos et
præsentibus éxui malis confídimus et
futúris. Per Dóminum.

Postcommuio

P

Caelésti dape reféctos fac nos,
quásumus, Dómine, sancti Bru-
nónis Confessóris tui atque Pontíficis
perpétua protectíone gaudére; in cuius
sacris relíquiis pretiósum pignus
venerámur. Per Dóminum.

Pro S. Paschale**Postcommunio**

Refécti cibo potúque caelésti, De- us
noster, te súpplices exorámus: ut,
in cuius hæc commemoratíone percépi-
mus, eius muniámur et prémibus. Per
Dóminum.

**Missæ privatæ dici possunt, iuxta Ru-
bricas, etiam de S. Paschale Conf., ut in
Missali hac die, cum Commemoratione
S. Brunonis.**

Die 5 iunii

S. BONIFATI

EPISCOPI ET MARTYRIS

II classis

Antiphona ad Introitum**Isaias 65, 19, 23**

EXSULTÁBO in Ierúsalem, et gau-
débo in pópulo meo: et non au-
diéturn in eo ultra vox íletus et vox
clamóris. Elécti mei non laborábunt
frustra, neque generábunt in contur-
batióne: quia semen benedictórum
Dómini est, et nepótes eórum cum eis.
(Ps. 43, 2.) Deus, áribus nostris au-
dívimus: patres nostri narravérunt opus,
quod operáus es in diébus
eórum. ¶ Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui, multitúdinem popu-
larum, beáti Bonifátii Mártyris tui
atque Pontíficis zelo, ad agnitióne tui
nóminis vocáre dignátus es: concéde
propítius; ut, cuius solémnia cólimus,
étiam patrocínia sentiámus. Per Dómi-
num Iesum Christum

Léctio libri Sapiéntiæ**Eccl. 44, 1-15**

Laudémus viros gloriósos, et pa-
réntes nostros in generatióne sua.
Multam glóriam fecit Dóminus mag-
nificéntia sua a sǽculo. Dominántes in
potestátibus suis, hómines magni vir-
túte, et prudéntia sua præditi, nuntiántes
in prophétis dignitaté prophetárum, et
imperántes in præsénti pópulo, et vir-
túte prudéntiæ pólulis sanctíssima
verba. In perítia, sua requiréntes modos
músicos, et narrántes cármina scrip-
turárum. Hómines divites in virtúte,

pulchritudinis stúdium habéntes: pacificantes in dómibus suis. Omnes isti in generatióibus gentis suæ gióriam adépti sunt, et in diébus suis habéntur in láudibus. Qui de illis nati sunt, reliquéunt nomen narrándi laudes eórum. Et sunt quorum non est memória: periérunt quasi qui non fúerint: et nati sunt, quasi non nati, et fílli ipsórum cum ipsis. Sed illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt: cum sémine eórum pémanent bona, heréditas sancta nepótes eórum, et in testaméntis stetit semen eórum: et fílli eórum propter illos usque in ætérnum manent: semen eórum et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsorum in pace sepúlta runt, et nomen eórum vivit in generatióne et generatióne. Sapiéntiam ipsórum narrent pópuli, et laudem eórum núnctiet Ecclésia.

Graduale: 1 Petr. 4: 13-14
Communicántes Christi passióibus gaudéte, ut in revelatióne glóriæ eius gaudeátis exultántes. **V.** Si exprobrámini in nómine Christi, beáti éritis: quóniam quod est honóris, glóriæ, et virtútis Dei, et qui est eius Spíritus, super vos requiéscet. Allelúia, allelúia. **V.** (Is. 66, 12.) Declinábo super eum quasi flúvium pacis, et quasi torréntem inundántem glóriam. Allelúia.



Sequéntia sancti Evangélii
secúndum Matthæum
Matth. 5, 1-12

In illo témpore: Videns Jesus turbas, ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli eius, et

apériens os suum, docébat eos, dicens: "Beáti páuperes spíritu: quóniam ipsórum est regnum Cœlorum. Beáti mites: quóniam ipse possidébunt terram. Beáti qui lugent: quóniam ipsi consolabúntur. Beáti qui esúriunt et sítiunt iustítiam: quóniam ipse saturabúntur. Beáti misericordes: quoniam ipsi misericórdiam consequéntur. Beáti mundo corde: quóniam ipsi Deum vidébunt. Beáti pacífici: quóniam fílii Dei vocabúntur. Beáti qui persecutióne patiúntur propter iustítiam: quóniam ipsórum est regnum Cœlorum. Beáti est cum maledíixerint vobis, et persecúti vos fúerint, et díixerint omne malum advérsum vos mentiéntes, propter me: gaudéte et exsultáte quóniam, merces vestra copiosa est in Cœlis."

Antiphona ad offertorium
Is. 78

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: providébam Deum in conspéctu meo semper, quóniam a dextris est mihi ne commóvear.

Secret

Super has hóstias, Dómine, quæsumus, benedíctio copiosa descéndat: quæ et sanctificatióne nostram misericórditer operétur: et de sancti Bonifáti Mártyris, tui atque Pontíficis fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem
Offb 3: 21

Qui vícerit, dabo ei sedére mecum in throno meo: sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno eius.

Postcommunio

Sanctificáti, Dómine, salutári mystério: quæsumus; ut nobis sancti Bonifátii Mártyris tui atque Pontíficis pia non desit oráto, cuius nos donéstí patrocínio gubernári. Per Dóminum.

Die 4 iulii
S. UDALRICI
EP. ET CONF.
III classis
Commemoratio

Oratio

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra virtúte subsístimus: concéde propítius; ut, intercessióne beáti Udalríci Confessóris tui atque Pontíficis, contra ómnia advérsa muníamur. Per Dóminum.

Secreta

Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubique lætíficent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Postcommunio

Præsta, quásimus, omnípotens Deus: ut, de perceptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto Udalrico Confessóre tuo atque Pontífice, beneficia potióra sumámus. Per Dóminum.

Die 6 iulii
S. THOMÆ MORE
Martyris
III classis

Missa In virtúte [6], de Communi unius Martyris extra tempus paschale.

Die 7 Iulii

S. WILLIBALDI
EP. ET CONF.
Commemoratio

Deus, tuórum glória Sacerdótum: præsta, quæsumus; ut, qui beáti Willibálди Confessóris tui atque Pontíficis natalítia cólimus, eius sentiámus auxília. Per Dóminum.

Secreta
Quæsumus, omnípotens Deus, , ut beáti Willibálди Confessóris tui atque Pontificis nobis pia non desit oráto; quæ et múnera nostra tibi conciliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Postcommunio
Læti, Dómine, súmpsimus sacra-ménta cælestia: quæ nobis, quæsumus, intercedénte beáto Wil- libáldo Confessóre tuo atque Pontífice, perpértuam cónferant medicínam. Per Dóminum.

Die 8 Iulii
SS. KILIANI EPISCOPI
COLONATI ET TOTNANI
MARTYRUM
PATRONORUM DICÆCESIS
HERBIPOLENSIS
I classis

Antiphona ad Introitum
Ps. 36, 39

SALUS autem iustórum a Dómino: et protéctor eórum est in témpore tribulatiónis. **Ps. ibid.**,
1 Noli aëmulári in malignántibus: neque zeláveris facientes iniquitátem. **V.** Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Kiliáni, Colonáti et Totnáni solemnítate læ- tíficas: concéde propítius; ut, quórum gaudemus méritis, accendámur exemplis. Per Dóminum.

Et, in Missis privatis tantum, fit Com- memoratio S. Elisabeth Reginæ, Viduæ:

Oratio

Clementíssime Deus, qui beátam Elísabeth regínam, inter céteras egrégias dotes, béllici furóris sedándi prærogativa decorásti: da nobis, eius intercessióne; post mortális vitæ, quam supplíciter pétimus, pacem, ad æterna gáudia perveníre. Per Dóminum.

Lectio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Hebræos
Hebr. 11,33-39

Fratres: Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt iustítiam, adepti sunt re promissiónes, obturaverunt ora leónum, exstinxórunt impetum ignis, effugérunt áciem gládii, convaluerunt de infirmitáte, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterórum: acceperunt muliéres de resurrectióne mórtuos suos: álii autem distenti sunt, non suscipientes redemptiō- nem, ut meliórem invenírent resur- rectiónem: álii vero ludíbria et vérbera expérти, ínsuper et víncula et cárceres: lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mortui sunt: circuiérunt in melótis, in péllibus caprínis, egéntes, angustiáti, afflícti: quibus dignus non erat mundus: in solitudínibus errántes, in móntibus et spelúncis et in cavérnis terræ. Et hi omnes testimónio fidei probáti, invénti sunt in Christo Iesu, Dómino nostro.

Graduale **Ps. 33,18-19**

Clamavérunt iusti, et Dóminus exaudívit eos: et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos. **V.** Iuxta est Dóminus his, qui tribuláto sunt corde: et húmiles spíritu salvábit.

Allelúia, allelúia. **V.** Te Mártyrum candidátus laudat exércitus, Dómine. Allelúia.



Sequentia sancti Evangelii
secundum Matthaeum
Matth. 5, 1-12

In illo tempore: Videns Iesus turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, et apriens os suum, docebat eos, dicens: "Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum Caelorum. Beati mites: quoniam ipse possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quoniam ipse saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum Caelorum. Beati est cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me: gaudete et exultate quoniam, merces vestra copiosa est in Caelis." **Credo.**

Antiphona ad Offertorium
Sap. 3, 1, 2 et 3

Iustorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitiae: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace, alleluia.

Secreta

Oblatis, quae sumus, Domine, placare muneribus: et, intercedentibus sanctis Martyribus tuis Kiliano, Colonato et Totnano, a cunctis nos defende periculis. Per Dominum.

Pro S. Elisabeth

Secreta

Accepita tibi sit, Domine, sacratae plebis oblatione pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis de tribulatione perceperisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

Antiphona ad Communionem
Matth. 10, 27

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus: et quod in aure auditis, praedicate super tecta.

Postcommunio

Haec nos communio, Domine, purget a criminibus: et, intercedentibus sanctis Martyribus tuis Kiliano, Colonato et Totnano, caelstis remedii faciat esse consortes. Per Dominum.

Pro S. Elisabeth Postcommunio
Satiasti, Domine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quae sumus, semper interventione nos refove, cuius solomnia celebramus. Per Dominum.

Die 16 augusti
S. ROCHI
CONFESSORIS
Commemoratio

Oratio
POpulum tuum, quae sumus, Domine, continua pietate custodi: et, beati Rochi suffragantibus meritis, ab omni fac animae et corporis contagione secum. Per Dominum.

Secreta

Præsta nobis, quæsumus,
Omnípotens Deus: ut nostræ
humilitatis oblatio et pro tuorum tibi
grata sit honore Sanctorum, et nos
córpore páriter et mente purificet. Per
Dóminum.

Postcommunio

Quæsumus, omnipotens Deus: ut,
qui cælestia aliménta percépimus,
intercedénte beato Rocho Confessóre
tuo, per hæc contra ómnia advérsa
muniámur. Per Dóminum.

Die 17 septembris
S. HILDEGARDIS VIRGINIS
III Classis

Antiphona ad Introitus
Ps. 72, 28

Michi autem adhaerére Deo bonum
est, pónere in Dómino spem
meam: ut annúntiem omnes prædicati-
ónes tuas in portis filiæ Sion. **Ps. 40,**
13 Me autem propter innocéntiam sus-
cepisti: et confirmásti me in conspéctu
tuo in æténum. **¶** Glória Patri.

Oratio

Deus, qui beatam Hildegárdem
Vírginem tuam donis cælestibus
decorásti: tríbue, quæsumus; ut, eius
vestigiis et documéntis insisténtes, a
præséntis saéculi calígine ad lucem
tuam delectábilem transíre mereámur.
Per Dóminum.

Et fit Com. Impressionis Ss. Stigmatum
S. Francisci Conf.:

Oratio

Dómine Iesu Christe, qui,
frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amóris
igne, in carne beatíssimi Francísci pas-
siónis tuæ sacra Stigmata renovásti:
concéde propítius; ut eius méritis et
précibus crucem iúgiter ferámus, et
dignos fructus poenitentiæ faciámus:
Qui vivis.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Corínthios
1 Cor. 1, 26-29

Vidéte vocatióne vestram, fratres,
quia non multi sapiéntes
secúndum carnem, non multi poténtes,
non multi nóbiles: sed quæ stulta sunt
mundi élégit Deus, ut confundat sa-
piéntes: et infírma mundi élégit Deus,
ut confundat fórtia: et ignobília mundi
et contemptibília élégit Deus, et ea quæ
non sunt, ut ea quæ sunt destrúeret: ut
non gloriétur omnis caro in conspéctu
eius.

Graduale **Cantic. 3, 4 et 6, 2**
Invéni quem díligit ánima mea: ténui
eum, nec dimíttam. **¶** Ego dilécto meo,
et diléctus meus mihi, qui pásctur inter
lília.

Allelúia, allelúia. **¶ Isai. 61, 10** Exsultábit ánima mea in Deo meo, quia índuit
me vestiméntis salútis, quasi sponsam
ornátam monílibus suis. Allelúia.

In Missis votivis post Septuagesimam,
omissis Allelúia et Versu sequenti, di-
citur

Tractus

Sap. 4, 1-3

O quam pulchra est casta generatio cum claritate: immortalis est enim memoria illius, quoniam et apud Deum nota est, et apud homines. ¶ Cum praesens est, imitantur illam, et desiderant eam, cum se eduxerit. ¶ Et in perpetuum coronata triumphat, in coinquinationum certaminum praemia vincens.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et eius loco dicitur:

Alleluia, alleluia. ¶ Ps. 30, 22 Benedictus Dominus: quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita. Alleluia. ¶ Prov. 4, 9 Letare, mater nostra, quia dabit Dominus capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclita proteget te. Alleluia.



Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum
Matth. 25, 1-13

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: «Simile erit regnum caelorum decem virginibus: quae accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsae. Quinque autem ex eis erant fatuae, et quinque prudentes: sed quinque fatuae, acceptis lampadibus, non sumpsierunt oleum secum: prudentes vero accepérunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes, et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: “Ecce sponsus venit, exite obviam ei.” Tunc surrexerunt omnes virgines illae, et ornaverunt lampades suas. Fatuae autem sapientibus dixerunt: “Date nobis de oleo vestro: quia

lampades nostrae extinguuntur.” Respondérunt prudentes, dicentes: “Ne forte, non sufficit nobis, et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis.” Dum autem irent emere, venit sponsus: et quae paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est ianua. Novissime vero veniunt et reliquæ virgines, dicentes: “Domine, Domine, aperi nobis.” At ille respondens, ait: “Amen dico vobis, nescio vos.” Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

Antiphona ad Offertorium

Ps. 41, 2 et 3

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum.

Secreta

Sanctæ Hildegardis Virginis tuae festa recolentes, preces offerimus et hostias immolamus: praesta, quaesumus, Domine; ut, cum praesidio temporali, vitae nobis praebant incremente perpetuae. Per Dominum.

Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci

Secreta

Munera tibi, Domine, dicata sanctifica: et, intercedente beato Francisco, ab omni nos culpárum labe purifica. Per Dominum.

Antiphona ad Communionem

Philipp. 1, 20 et 21

Magnificábitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem: mihi enim vívere Christus est et mori lucrum.

Postcommunio

Perpétuo, Dómine, favóre prosequere, quos réfics divíno mystério: et quos imbuísti cælestibus institútis: eósdem, intercedénte beáta Hildegárde Vírgine tua, salutáribus comitáre solátiis. Per Dóminum

Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci Postcommunio

Deus, qui mira Crucis mystéria in beáto Francíscu Confessóre tuo multifórmiter demonstrásti: da nobis quaésumus; devotónis suæ semper exémpla sectári, et assídua eiúsdem Crucis meditatióne muníri. Per Dóminum.

Die 25 septembbris
S. NICOLAI DE FLÜE
CONFESSORIS
III classis

Antiphona ad Introitus

Ps. 72, 28

Ecce, elongávi fúgiens et mansi in solitúdine: quóniam vidi iniquitátēm et contradictonem in civitáte. Ps. 54, 2-3 Exáudi, Deus, oratióne meam, et ne despéxeris deprecationem meam: inténde mihi, et exáudi me. ¶ Glória.

Oratio

Beati Nicolai, Confessóris tui, intercéssione suffúlti te, Dómine, supplíciter exorámus: ut gentem nostram benígna semper protectione custódias, eiúsque rectóribus gratiæ tuæ lumen cleménter infúndas. Per Dóminum.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános

Rom. 14, 17-19

Fratres: Non est enim regnum Dei esca et potus, sed iustitia et pax et gáudium in Spíitu Sancto. Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo et probátus est homínibus. Itaque, quæ pacis sunt, sectémur: et quæ aedificationis sunt, in ínicem custodiámus.

Graduale Ps. 121, 7-8
Fiat pax in virtúte tua, et abundántia in túrribus tuis. ¶ Propter fratres meos et próximos meos, loquébar pacem de te. Allelúa, allelúa. ¶ Ps. 54,23 Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. Allelúa.

In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Allelúa et Versu sequenti, dicitur

Tractus Ps. 33, 9-10
Gustáte et vidéte, quóniam suávis est Dóminus. ¶ Beátus vir, qui sperat in eo: quoniam nihil déest timéntibus eum. ¶ Dívites eguérunt et esuriérunt: inquiréntes autem Dóminum non defícient omni bono.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et eius loco dicitur:

Allelúia, allelúia. **V. Ps. 54, 23** Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. Allelúia. **V. Io. 6, 51** Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in æténum. Allelúia.



Sequentia sancti Evangélii
secúndum Mattháeum
Matth. 19, 27-29

In illo témpore: Dixit Petrus ad Iesum: Ecce nos relíquimus ómnia et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratiónē, cum séderit Fílius hóminis in sede maiestatis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, iudicántes duódecim tribus Israël. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam æténam possidébit.

Antiphona ad Offertorium
Ps. 30, 4

Dómine, fortitúdo mea et refúgium meum es tu, et propter nomen tuum dedúces me et enúttries me.

Secreta

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctifica: et, intercérente beáto Nicoláo Confessóre tuo, per éadem nos benignus inténde; ut tibi famulántes in terris, glória tua perfruámur in cælis. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem
Gal. 2, 19- 20

Christo confíxus sum cruci. Vivo autem, iam non ego: vivit vero in me Christus.

Postcommunio

Mysteriorum tuórum nos, quásimus, Dómine, commúnio sancta restáuret: ut beáti Nicolái sequéntes exémpla, in tuo semper amóre crescámus: Per Dóminum.

Die 28 septembris
SS. THECLÆ ET LIOBÆ
VIRGINUM
III classis

Antiphona ad Introitus
Ps. 72, 28

VIRGINES laudent nomen Dómini, quia exaltátum est nomen eius solús: conféssio eius super cælum et terram. **Ps. ibid., 1** Laudáte Dóminum de cælis: laudáte eum in excélsis, **V. Gloria Patri.**

Oratio
Deus, qui fámulas tuas Theclam et Líobam evangélicæ perfectionis exempla virgínibus præposuísti: da, quásimus; ut, quarum memóriam recólimus, vitæ quoque sanctitatém imitémur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Teresiæ Virginis:

Oratio
Exáudi nos, Deus, salutáris noster: Ut, sicut de beatæ Teresiæ Vírginis tuæ festivitaté gaudémus; ita cælestis eius doctrínæ pábulo nutriámur, et piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Corínthios
1 Cor. 7, 25-34

Fratres: De virgínibus præcéptum Dómini non hábeo: consílium autem do, tamquam misericórdiam consecútus a Dómino, ut sim fidélis. Exístimo ergo hoc bonum esse propter instántem necessitátem, quóniam bonum est hómini sic esse. Alligátus es uxóri? noli quárere solutióñem. Solutus es ab uxóre? noli quárere uxórem. Si autem æccéperis uxórem, non peccásti. Et si núpserit virgo, non peccávit: tribulatióñem tamen carnis habébunt huiúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc ítaque dico, fratres: Tempus breve est: réliquum est, ut, et qui habent uxóres, tamquam non habéntes sint; et qui flent, tamquam non flentes; et qui gaudent, tamquam non gaudéntes; et qui emunt, tamquam non possidéntes; et qui utúntur hoc mundo, tamquam non utántur; præterit enim figúra huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxóre est, sollícitus est, quæ Dómini sunt, quómodo pláceat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollícitus est, quæ sunt mundi, quómodo pláceat uxóri, et divísus est. Et múlier innúpta et virgo cójitat, quæ Dómini sunt, ut sit sancta córpore et spíritu: in Christo Iesu, Dómino nostro.

Graduale **Ps. 44, 3 et 10**
Speciosus forma præ fíliis hóminum:
diffúsa est gratia in lábiis tuis. **V.** Fíliæ regum in honóre tuo: ástitit regína a dextris tuis in vestítu deauráto,
circúmdata varietáte.

Allelúia, allelúia. **V. Sap, 4, 1** O quam pulchra est casta generatio cum claritáte: immortális est enim memória illíus. Allelúia.



Sequéntia sancti Evangélii
secúndum Mattháeum
Matth. 25, 1-13

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis parábolam hanc: «Simile erit regnum cælórum decem virgínibus: quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso et sponsæ. Quinquæ autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes, et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: “Ecce sponsus vénit, exite óbviam ei.” Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: “Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ exstinguúntur.” Respondérunt prudéntes, dicéntes: “Ne forte, non suffícat nobis, et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis.” Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ paratæ erant, intravérunt cum eo ad nuptias, et clausa est iánua. Novíssime vero véniunt et réliquæ vírgines, dicéntes: “Dómine, Dómine, áperi nobis.” At ille respóndens, ait: “Amen dico vobis, néscio vos.” Vigiláte ítaquæ, quia nescítis diem, neque horam.

Antiphona ad Offertorium

Ps. 33,6

Accédite ad Dóminum, et
A illuminámini: et fácies vestræ non
confundéntur.

Secreta

Munéribus tibi, Dómine, pro
beatárum Vírginum Theclæ et
Líobæ honóre dicátis, benedictiónem
tuam propitiátus effúnde: ut per eadem et
a vítiis ómnibus emundémur, et cælestí-
bus delíciis impleámur. Per Dóminum.

Pro S. Teresia

Secreta

Accépta tibi sit. Dómine, sacratæ
plebis oblátio pro tuórum honóre
Sanctórum: quorum se méritis de
tribulatióne percepísse cognóscit
auxílium. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem

Matth. 25, 10

Venit sponsus: et vírgines, quæ parátæ
erant, intravérunt cum eo ad núptias, et
clausa est iánua.

Postcommunio

Sumpta mystéria, quæsumus, Dómine,
suffragántibus beatárum Vírginum
Theclæ et Líobæ méritis, ícident nos
iúgiter et illústrent: ut digne advéntum
Fílii tui præstolémur, et ad supérnas eius
núptias admittámur. Per eúndem Dómi-
num.

Pro S. Teresia

Postcommunio

Satiásti, Dómine, famíliam tuam
munéribus sacris: eius, quæsumus,
semper interventiόne nos réfove, cuius
solémnia celebrámus. Per Dóminum.

Missæ privatæ dici possunt, iuxta
Rubricas, etiam de S. Teresia Virgine,
ut in Missali hac die, cum
Commemoratione Ss. Theclæ et Liobæ.

Die 30 septembris

S. OTTONIS

EPISCOPI ET CONFESSORIS

Commemoratio

Exaudi, quæsumus, Dómine, pre-
ces nostras, quas in beáti Ottónis
Confessóris tui atque Pontíficis so-
lemnítate deférimus: et, qui tibi digne
méruit famulári, eius intercédentibus
méritis, ab ómnibus nos absólve
peccátis. Per Dóminum.

Secreta

Sancti Ottónis Confessóris tui atque
Pontíficis, quæsumus. Dómine,
ánnua solémnitas pietáti tuæ nos reddat
accéptos: ut, per hæc piæ placatiónis
offícia, et illum beáta retribútio
comítetur, et nobis grátiae tuæ dona
concílet. Per Dóminum.

Postcommunio

Deus, fidélium remunerátor
animárum: præsta; ut beati
Ottónis Confessóris tui atque Pontíficis,
cuius venerándam celebrámus
festivitatē, précibus indulgentiam
consequámur. Per Dóminum.

Die 6 octobris

S. ADALBERONIS

EP. ET CONF.

III classis

Missa Sacerdótes tui [22], de Communi Confessoris Pontificis 2 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio

P

Propitiáre, quæsumus, Dómine, nobis fámulis tuis per beáti Adalberónis Episcopi et Confessóris tui merita gloriósa: ut, eius pia intercessióne, ab ómnibus semper protegámur adversis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Brunonis Confessoris:

Oratio

Sancti Brunónis Confessóris tui, quæsumus, Dómine, intercessiónibus adiuvémur: ut, qui maiestátem tuam gráviter delinquéndo offéndimus, eius méritis et précibus, nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Dóminum.

Secreta

P

Suscípiat cleméntia tua, quæsumus, Dómine, de mánibus nostris munus oblátum: et, per beati Adalberónis Episcopi et Confessóris tui orationes et mérita, ab ómnibus nos mundet peccátis. Per Dóminum.

Pro S. Brunone

Secreta

Laudis tibi, Dómine, hóstias immolámus in tuórum commemorátione Sanctórum: quibus nos et præsentibus éxui malis confídimus et futúris. Per Dóminum.

Postcommunio

P

Divínis, Dómine, pasti mystériis, quæ pro beáti Adalberónis Episcopi et Confessóris tui veneratióne tuæ obtúlimus maiestáti: quæsumus; ut per ea véniam peccatórum mereámur accípere, et ad cælestia gáudia pervenire. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Pro S. Brunone

Postcommunio

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui cælestia aliménta percépimus, intercedénte beáto Brunóni Confessóre tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

Missæ privatæ dici possunt, iuxta Rubricas, etiam de S. Brunone Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Adalberónis.

Die 12 octobris

S. CALLISTI I

PAPÆ ET MARTYRIS

III classis

ut in Missale Romano die 14 octobris

Die 14 octobris

S. BURCHARDI

EP. ET CONF.

II classis

Missa Státuit [20], de Communi Conf. Pontificis 1 loco, præter Orationes sequentes; et dicitur Credo.

Oratio

P

Deus, qui ad veram propagándam fidem beátum Burchárdum Confessórem tuum atque Pontíficem apostólica virtúte roborásti: præsta, quásimus; ut, quem fidelem salútis ministrum habúimus in terris, intercessórem habere mereámur gloriósum in cælis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Callisti I Papæ et Martyris:

Oratio

Deus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere: ad amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum exempla restáura. Per Dóminum.

Secreta

P

Sacris munéribus in beáti Bur-chárdi festivitáte altária tua, Dómine, cumulámus, tibi suppli- cantes: ut, quam ille plantávit vineam, de cælo respícere atque in benedictiónibus visitáre dignérис. Per Dóminum.

Pro S. Callisto

Secreta

Mystica nobis, Dómine, proxit oblatio: quæ nos et a reáribus nostris expédiat, et perpétua salvatióne confírmet. Per Dóminum.

Postcommunio

P

Caeléstibus, Dómine, pasti delíciis, C te humíliter deprecámur: ut, interveniente beáto Burchárdo Confessóre tuo atque Pontífice, copíosos inde fructus ætérnæ vitæ percipiámus. Per Dóminum.

Pro S. Callisto

Postcommunio

Quásumus, omnípotens Deus: ut creátus nostros múnera sacráta purífi- cent, et recte vivéndi nobis operéntur efféctum. Per Dóminum.

Die 20 octobris
S. WENDELINI
ABBATIS
III classis

Missa Os iusti [29], de Communi Ab- batum, præter Orationem sequentem:

Oratio

C

Concede, quásimus omnípotens Deus: ut, qui beáti Wendelini Confessóris tui solémnia celebrámus, eius patrocínii adiúti et exémplis roboráti; viam mandatórum tuórum currámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Et fit Commemoratio S. Iohannis Cantii Confessoris:

Oratio

C

Da, quásimus, omnípotens Deus: ut, sancti Ioannis Confessóris exémplo in sciéntia Sanctórum proficiéntes, atque áliis misericórdiam exhibentes; eius méritis, indulgéntiam apud te consequamur. Per Dóminum.

Secreta

C

Sacris altáribus. Dómine, hóstias superpósitas sanctus Wendélínu Abbas, quásimus, in salutem nobis proveníre depóscat. Per Dóminum.

Pro S. Ioanne

Secreta

Has, quæsumus, Dómine, hostias
sancti Ioánnis Confessóris tui
méritis benígnus assúme: et præsta; ut,
te super ómnia et omnes propter te
diligéntes, corde tibi et ópere
placeámus. Per Dóminum.

Postcommunio

C

Prótegat nos, Dómine, cum tui
perceptióne sacraménti beatus
Wendelínus Abbas, pro nobis
intercedéndo: ut et conversatiónis eius
experiámur insígnia, et intercessiónis
percipiámus suffrágia. Per Dóminum
nostrum Iesum Christum, Fílium tuum:
Qui tecum vivit et regnat in unitáte
Spíritus Sancti Deus.

Pro S. Ioanne

Postcommunio

Pretiósí Córporis et Sánguinis tui.
Dómine, pasti delíciis, tuam súp-
plices deprecámur cleméntiam: ut,
sancti Ioánnis Confessóris tui méritis et
exémplis, eiúsdem caritátis imitatóres
effécti, consórtes simus et glóriæ: Qui
vivis et régnas cum Deo Patre in unitáte
Spíritus Sancti Deus: per ómnia sæcula
sæculórum.

Missæ privatæ dici possunt, iuxta Rubricas, etiam de S. Ioanne Cantio Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Wendelini.

Die 24 octobris
IN DEDICATIONE
ECCLESIÆ CATHEDRALIS
I classis

**Missa Terribilis [44], de Communi
Dedicationis Ecclésiæ.**

Et, in Missis privatis tantum, fit
Commemoratio S. Raphælis Arch-
angeli, ut in Missali hac die, ac le-
gitur eiusdem Evangelium in fine.

Die 25 octobris
S. RAPHÆLIS ARCHANGELI
III classis
ut in Missale die 24 octobris

Die 31 octobris
S. WOLFGANGI
Episcopi et Confessoris
III classis

**Missa Sacerdótes tui [22], de Communi
Confessoris Pontificis 2 loco,
præter Orationem sequentem; et dic-
itur Credo.**

Oratio
Deus, qui nobis ætérnæ salútis
beátum Wolfgángum Epíscopum
minístrum tribuísti: præsta, quæsumus:
ut quem doctórem vitæ habúimus in ter-
ris, intercessórem habére mereámur in
cælis. Per Dóminum.

Secreta
Cancti Wolfgángi Confessóris tui
atque Pontíficis, quæsumus,
Dómine, ánnua solémnitas pietáti tuæ
nos reddat accéptos: ut per hæc piæ pla-
catiónis offícia, et illum beáta retribúto
comitémur, et nobis grátiæ tuæ dona
concílet. Per Dóminum.

Postcommunio

Deus, fidélium remunerátor ani-
márum: præsta; ut beáti Wolf-
gángi Confessóris tui atque Pontíficis,
cuius venerándam celebrámus festivi-
tátēm, précibus indulgentiam conse-
quámur. Per Dóminum.

C

Die 7 novembris
S. WILLIBORDI EP. ET CONF.
Commemoratio

Oratio

Præsta, quásumus, omnípotens
Deus: ut beátus Willibrórdus tibi
plácita fúlgeat sorte pontificátus, et pie-
táti tuæ nos pia supplicatióne com-
mendet. Per Dóminum.

Secreta

Hostias nostras, quásumus, Dó-
mine, sanctus Póntifex Willibrór-
dus nómini tuo reddat accéptas, quas
tibi digne plácuit offeréndo. Per Dómi-
num.

Postcommunio

Læti, Dómine, súmpsimus sacra
cælestia: quæ nobis intercedénte
beáto Willibrórdo Confessóre tuo atque
Pontífice ubérius confídimus profutúra.
Per Dóminum.

Die 13 novembris

In Ecclesiis consecratis Diœcesis,
excepta Cathedrali:
IN DEDICATIONE
ECCLESIÆ PROPRIÆ
I classis

Missa Terribilis [44], de Communi
Dedicationis Ecclesia.
Et, in Missa privata tantum, fit Com-
memoratio S. Martini I Papæ et Mar-
tyris, ut in Missali hac die.

Die 19 novembris

S. ELISABETH VIDUÆ
II classis

Missa Cognóvi [42], ut in Missali hac
die.

Et fit (in Ecclesiis consecratis, ut su-
pra, post Commemorationem diei
Octava) Dedicationis Ecclésiæ, cum
Orationibus ex Missa Terribilis [44],
de Communi Dedicationis Ec-
clésiæ), in Missis privatis tantum,
Commemoratio S. Pontiani Papæ et
Martyris, ut in Missali eadem die.

Et, in Ecclesiis consecratis, ut supra,
dicitur Credo, ratione Octavæ.